

D. Me Pr  
L.

315.

Impressum est iam primum Volumen Operum omnium  
Iquæ græcè <sup>hactenus</sup> inueniri & obtineri potuerunt S. Patris  
nostri Ephrem Syri, à me breuis latinitate dona-  
tum & Scholijs ubiqz illustratum: ne autem illud modò  
Romæ editum, à quoquam seu negligentia seu malitia seu alio  
quouis prætextu mendis deformari, aut aliter etiam forsitan titolo  
mutato uel forma, addendo etiam uel detrahendo, mutari, alterari,  
corrumpi uel deprauari possit: Supplicatum sit pro parte mea, &  
pro indemnitate Operis iam in Lucem prodeuntis, S. V. ut Motu  
suo proprio caueat, interdicit, & inhibeat omnibus Christi fide-  
bus præsertim librorum impressoribus, ac Bibliopolis, hic & ubiuis  
locorū existētibus, ne audeant uel præsumat per decem annos à Data  
presentium cōputādos primum hūc Tomum Operum S. Patris Ephrem  
à me <sup>iam</sup> editum, & alios duos eiusdem S. patris, postea etiam Deo adiu-  
uante edendos totidem annorū spatio ab uniuscuiusqz eorū editione  
numerando, absqz mea in hoc licētia in scriptis data, imprimere, alio  
titulo, uel forma, quouis prætextu mutatos, uel alio quorūqz idioma-  
te uersos edere, uel sic editos uendere, seu uenales tenere aude-  
ant, uel præsumat, &c. sub pœnis & censuris in hoc apponi solitis,  
& in ipso MOTU proprio Latius extendē. Cuius expeditionem  
solentem promptam ac gratiosam R. Secretario Breuium in re præser-  
tim adeo pia & fauorabili cōmittere placebit. &c.

Sanct. tue humil. & deuotissimus seruus

Gerardus Vossius  
pbr ac S. Theolog. Doct. &c.



R<sup>me</sup> D. Vestri.

316.

1. Mirum sanè videtur, quòd cum ego gratis, & animo optimè còsulendi Ecclesie Dei, & Vniuersae Reip. Christianae, tot labores in Operibus S. Patris & insignis Ecclesiae scriptoris è graeco in Latinum transferedis, & hic Roma imprimendis hactenus impenderim, ipsunq; mihi negotium à sua S<sup>te</sup> còmendatum fuerit, & Motus proprius ab eadem iam concessus; tanta nihil difficultates necitantur in remittenda ~~taxa~~ <sup>gratias</sup> taxa expeditionis eiusdè Motus proprii. Rationes efficacissimas tam à meipso, quam à R<sup>mo</sup> ad modum Dno D. Burrupadulio, coram audisti, & intellexisti. quare aliud non addo, quam ut rem adeò iustam còfirias; uel si necesse sit, in ipsa DD. Secretariorum congregatione proponas, & de còmuni còsensu <sup>gratias</sup> expedias.
2. Causa cur Motum illum proprium adhibere cupiam, est ista: ne Opus hoc, tantò meo labore apud S. Sedè apostolicam exantlatum, & impressum, ab alijs alibi (ut nò sine detrimento Ecclesiae fieri solet) mutiletur & corrumpatur; quare mihi soli tanquam Auctori liberum esse desidero, còcedere alijs <sup>facultatem</sup> hic uel alibi idem opus imprimendi; & si Bibliopola tale quid uelit, à me requiratur.
3. Primus hic est Pater orientalis, qui è graeco Latine redditus, iam primum Romae imprimitur, S<sup>ti</sup> etià sua dictatus, ex cuius sacris manibus eum graeco primum lingua accepi: unde sanè extraneum & absurdum uideretur, si onerosis illis taxis in re simili adstringendi ad huc essemus.
4. Verè & ingenuè dico, si Motus ille proprius per omnia gratis mihi nò còcedatur & expediat, còstitui illum prorsus omittere, & ad ~~differtam~~ <sup>differtam</sup> rem omnem deferres. Ideo expeditur uelim res bene, ut melior resolutio detur.

Vestris obsequijs semper deditissimus

Gerardus Vossius, Doctor. &c.



Dilecti filii Gerardo Vossio Ibro Leodien. Dicoj  
Magistro in Theologia

Sixtus Papa V.

Dilecte fili salutem. Et cum, sicut accepimus, primum volumen  
operis omnium, quae graece haecenas inueniri, et obtineri potuerant  
Iacobus Ephraem Syri, a te nuper Latinitate donatum, et scolis ubiq[ue]  
illustratum imprimi euasueris. Nos, qui eruditum omnium  
fuerit soleamus ingenia, uolentes te specialibus fauoribus, et gratijs  
protip[er]e, ut protertim, tam <sup>deinde</sup> si iam erit uolumen, quam  
alia deinceps per in lucem <sup>deinde</sup> emendatissime prodirent,  
neue a quodq[ue] uel malicia, uel negligentia mendis deprimari, aut  
aliquo modo addendo, uel minuendo, mutari, alterari, uel corrupi  
possint. Notu[m] propterea, ut ad tuam, uel alterius pro te nobis sup[er] hoc  
oblati petitionis instantiam, de ex certa n[ost]ra scientia, ac de n[ost]ra  
potestate plenitudine, omnibus, et singulis ~~uicibus~~ <sup>seque</sup> Insuper  
bus, praesertim librorum impressoribus, et Bibliop[er]is tam in Urbe, et  
eius districtu, totiq[ue] statu eccl[esi]ae sub quingentorum duar[um] anni de ca  
mera, ipsi scilicet n[ost]ra de q[ui]bus ipsi applicandis, ac amissionis libror[um]  
et typorum omnium, quae et in tota Italia, et extra eam ubiq[ue]



locorum, et gentium, capitulis, sub eorum maiori latere sententia presertim  
eo ipso absque alia declaratione incurrendis, autem apud tenentur intendi-  
cimus, et indubemus, ne per decem annos a data presentium computandos  
primum volumina presentium iam dictum, et alia singula a te in latinum  
idionia uestenda opera eorundem di. Etiam volumina, et in posterum  
edenda, similiter durante decennio, a cuius illorum prima editio  
numerando absque tua licentia in scriptis data imprimere, vel alio  
titulo, vel forma quouis praterita mutata, vel alio quocumque idiomate  
uersa edere, vel nec edita uendere, seu uendenda proponere, vel tenere  
audeant, vel pratsumant. Stantes. Vobis fratribus Ordinis  
Benedicti, episcopi, abbatibus, locorum ordinariis, eorum vicariis seu officialibus,  
in spiritualibus qualibus, ac in d. statu. e. Legatis, Vicelegatis, Sublega-  
tis, Potestabilibus, et alijs officialibus, ut quando et quocumque parte,  
vel tuo nomine fuerint requisiti, presentia carta inobediens  
exequantur, et obseruari faciant, inuocatis et ad hoc, seu adhibitis  
si opus fuerit iuris. Ordinis secularis. Non obstantibus constitutionibus,  
et ordinamentis apud actibus, et consuetudinibus iuramentis  
confirmacione. Et vel quavis firmitate alia roboratis, privile-  
gijs quocumque, et licentis apud quibusvis personis quolibet  
conuictis, et confirmatis. Quibus omnibus, illorum tenent, ac si ad  
verbum inuenerint presentibus pro sufficienter expressis, Sabentes

318

illis aliis in suo robore permansis, Eius vice. dactylis quibus, et  
expresse derogamus, capentibus, quibus, quibus. Volumus  
aut, ut patris transmissis, et in ipsis voluminibus impressis,  
easdem ubi in iudicio, vel extra adhibetur, que, ipsis <sup>fidem</sup> patris his  
originaliter exhibitis adhibetur. Dat. Romae apud Sanctum Petrum  
Sub Annulo Piscatoris. Die xxij. Aprilis. 1889. a. 4.

M. Vesceus Barbianus



R<sup>mo</sup> D<sup>no</sup> D. Vestrio  
Secretario Breuium, &c.

*[Faint, illegible handwriting]*



S.<sup>mo</sup> D.<sup>+</sup> N.

A. Mons. Vossio.

Pro<sup>a</sup>  
Doct. Gerardo Vossio

l



RC 432  
11

OPERVM OMNIVM  
SANCTI EPHRAEM  
SYRI

PATRIS ET SCRIPTORIS ECCLESIAE  
ANTIQUISSIMI ET DIGNISSIMI,

Quae quot in insignioribus Italiae Bibliothecis praesertim  
Romanae, graece inueniri potuerunt:

TOMVS PRIMVS,

*Nunc recens latinitate donatus, Scholijsq; illustratus.*

*Interprete & Scholiaste R. D. Doct. Gerardo Vespoto Barchinonico Genoa.*

**CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS,  
ET PERMISSV SUPERIORVM.**



ROME, Ex Typographia Iacobi Tornerij, in via Peregrina

Sub interregno Romani Iesu M D LXXXIX. 39



# SIXTVS PAPA QVINTVS.

*Dilecto filio Gerardo Vossio Presbytero Leodien. Diaeces.  
Magistro in Theologia, &c.*



Illece Fili Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, primum Volumen operum omnium, quae graece hactenus inueniri, & obtineri poterunt S. Patris Ephraem Syri a te nuper latinitate donatum, & Scholijs ubique illustratum imprimi curaueris: Nos, qui eruditorum omnium fouere solemus ingenia, volentes te specialibus fauoribus, & gratijs prosequi; vt praesertim, tam ipsum iam editum Volumen, quam alia deinceps per te in lucem edenda, quam emendatissime prodeant, neve a quoquam vel malitia, vel negligentia, mendis deprauari, aut aliquo modo addendo, vel minuendo, mutari, alterari, vel corrumpi possint: Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatam petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, omnibus, & singulis Christifidelibus, praesertim librorum impressoribus, & Bibliopolis tam in Vrbe, & eius districtu, totoque statu Ecclesiastico sub quingentorum ducatorum auri de Camera, ipsi Camerae nostrae Apostolicae eo ipso applicandorum, ac amissionis librorum, & typorum omnium, quam etiam in tota Italia, & extra eam vbiuis locorum, & gentium constitutis, sub Excommunicationis maioris latae sententiae poenis eo ipso absque alia declaratione incurrendis: Auctoritate Apostolica, tenore praesentium interdiciamus, & inhibemus, ne per decem annos a data praesentium computan. primum Volumen praedictum iam editum, & alia singula a te in latinum idioma vertenda operum eorundem S. Patris Ephraem volumina, & in posterum edenda, similiter durante decennio a cuiusque illorum prima editione numerando, absque tua licentia in scriptis danda, imprimere, vel alio titulo, vel forma, quouis praetextu mutata, vel alio quocunque idioma versa edere, vel sic edita vendere, seu venalia proponere, vel tenere audeant, seu praesumant. Mandantes Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum ordinariis, eorumque Vicariis, seu Officialibus in spiritualibus generalibus, ac in dicto statu Ecclesiastico Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, & aliis officialibus: vt quando, & quoties per te, vel tuo nomine fuerint requisiti, praemissa contra inobedientes exequantur, & obseruari faciant, inuocato etiam ad hoc, seu adhibito, si opus fuerit, auxilio brachij saecularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusuis personis quomodolibet concessis, & confirmatis: Quibus omnibus, illorum tenores, ac si ad verbum infererentur praesentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, vt praesentium transumptis, etiam in ipsis Voluminibus impressis eadem ubique in iudicio, vel extra adhibeatur fides, quae ipsis praesentibus literis originaliter exhibitis adhiberetur. Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die xxij. Aprilis. M. D. LXXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

*M. V. Strius Barbianus.*

